

VERRIJZENIS VAN DE HEER

Paaszondag

Introitus

Ps. 138, 18.5-6

Resurrexi, et adhuc tecum sum, alleluia: posuisti super me manum tuam, alleluia: mirabilis facta est scientia tua, alleluia, alleluia.

Verrezen ben Ik, en nog altijd ben Ik bij U, alleluia; Gij hebt uw hand op Mij doen rusten, alleluia; wonderbaar is uw wijsheid, alleluia, alleluia.

Gebed

Deus, qui hodierna die, per Unigenitum tuum, aeterni-

God, vandaag hebt Gij ons de toegang tot het eeuwig leven

tatis nobis aditum, devicta morte, reserasti, da nobis, quaesumus, ut, qui resurrectionis dominicae sollemnia colimus, per innovationem tui Spiritus in lumine vitae resurgamus. Per Dominum.

Eerste lezing

Lectio Actuum Apostolorum.

In diebus illis: aperiens Petrus os dixit: Vos scitis, quod factum est verbum per universam Iudaeam incipiens a Galilaea post baptismum quod praedicavit Ioannes, Iesum a Nazareth, quomodo unxit eum Deus Spiritu Sancto et virtute, qui pertransivit benefaciendo et sanando omnes oppressos a diabolo, quoniam Deus erat cum illo. Et nos testes sumus omnium quae fecit in regione Iudaeorum et Ierusalem, quem et occiderunt suspendentes in ligno. Hunc Deus suscitavit tertia die et dedit eum manifestum fieri, non omni populo, sed testibus praedeterminatis a Deo, nobis, qui manducavimus et bibimus cum illo postquam resurrexit a mortuis. Et praee-

ontsloten, want uw eniggeboren Zoon heeft de dood overwonnen. Wij vragen U bij deze viering van zijn verrijzenis: vernieuw ons door uw Geest om met Hem te verrijzen tot het licht van het leven. Door onze Heer.

Hand. 10. 34a.37-43

Lezing uit de Handelingen der Apostelen.

In die tijd nam Petrus het woord en sprak: Gij weet wat er overal in Judea gebeurd is; hoe Jezus van Nazaret zijn optreden begon in Galilea na het doopsel dat Johannes predikte, en hoe God Hem gezalfd heeft met de Heilige Geest en met kracht. Hij ging weldoende rond en genas allen die onder de dwingelandij van de duivel stonden, want God was met Hem. En wij getuigen van alles wat Hij in het land van de Joden en in Jeruzalem gedaan heeft. Hem hebben ze aan het kruishout geslagen en vermoord. God heeft Hem echter op de derde dag doen opstaan en laten verschijnen, niet aan het hele volk, maar aan de getuigen die door God tevoren waren uitgekozen, aan ons die met Hem gegeten en gedronken hebben, nadat Hij uit de doden was opgestaan. Hij gaf ons de

pit nobis praedicare populo et testificari quia ipse est qui constitutus est a Deo iudex vivorum et mortuorum. Huic omnes Prophetae testimonium perhibent remissionem peccatorum accipere per nomen eius omnes qui credunt in eum.

opdracht aan het volk te prediken, en te getuigen dat Hij de door God aangestelde rechter is over de levenden en de doden. Van Hem leggen alle Profeten het getuigenis af, dat ieder die in Hem gelooft, door zijn Naam vergiffenis van zonden verkrijgt.

Graduale

Ps. 117, 24.1

Haec dies, quam fecit Dominus: exultemus, et laetemur in ea.

Dit is de dag die de Heer heeft gemaakt; laat ons nu jubelen en ons verblijden.

Confitemini Domino, quoniam bonus: quoniam in saeculum misericordia eius.

Looft de Heer, want Hij is goed: want eeuwig duurt zijn ontferming.

Of:

Responsoriepsalm

Uit Ps. 117

R. Alleluia, alleluia, alleluia.

R. Alleluia, alleluia, alleluia.

Of:

R. Haec dies quam fecit Dominus; exultemus et laetemur in ea.

R. Dit is de dag die de Heer heeft gemaakt. Wij zullen hem vieren in blijdschap.

Confitemini Domino, quoniam bonus, – quoniam in saeculum misericordia eius. – Dicat nunc Israel, quoniam bonus, – quoniam in saeculum misericordia eius.

Brengt dank aan de Heer, want Hij is genadig, – eindeloos is zijn erbarmen. – Stammen van Israël, dankt de Heer: – eindeloos is zijn erbarmen.

Dextera Domini fecit virtutem, – dextera Domini exaltata est. – Non moriar, sed

De Heer greep in met krachtige hand, – de hand van de Heer heeft mij opgericht. – Ik zal niet

vivam, – et narrabo opera Domini.

sterven maar blijven leven – en alom verhalen het werk van de Heer.

Lapidem quem reprobaverunt aedificantes, – hic factus est in caput anguli; – a Domino factum est istud, – et est mirabile in oculis nostris.

De steen die de bouwers hebben versmaad, – die is tot hoeksteen geworden. – Het is de Heer, die dit heeft gedaan, – een wonder voor onze ogen.

Tweede lezing

Kol. 3, 1-4

Lectio Epistolae beati Pauli apostoli ad Colossenses.

Lezing uit de Brief van de heilige apostel Paulus aan de christenen van Kolosse.

Fratres: Si conresurrexistis cum Christo, quae sursum sunt quaerite, ubi Christus est in dextera Dei sedens; quae sursum sunt sapite, non quae super terram; mortui enim estis, et vita vestra abscondita est cum Christo in Deo. Cum Christus apparuerit, vita vestra, tunc et vos apparebitis cum ipso in gloria.

Broeders en zusters, Als gij dan met Christus ten leven zijt gewekt, zoekt wat boven is, daar waar Christus zetelt aan de rechterhand Gods. Zint op het hemelse, niet op het aardse. Gij zijt immers gestorven en uw leven is nu met Christus verborgen in God. Christus is uw leven, en wanneer Hij verschijnt, zult ook gij met Hem verschijnen in heerlijkheid.

Of: 1 Kor. 5, 6b-8

Lectio Epistolae primae beati Pauli apostoli ad Corinthios.

Lezing uit de eerste Brief van de heilige apostel Paulus aan de christenen van Korinte.

Fratres: Nescitis quia modicum fermentum totam massam corrumpit? Expurgate vetus fermentum, ut sitis nova conspersio, sicut estis azymi. Etenim Pascha no-

Broeders en zusters, Gij weet dat een beetje zuurdeeg genoeg is om het hele deeg zuur te maken? Doet het oude zuurdeeg weg om vers deeg te worden; ge moet immers zijn als ongezuur-

strum immolatus est Christus: itaque festa celebremus, non in fermento veteri neque in fermento malitiae et nequitiae, sed in azymis sinceritatis et veritatis.

de paasbroden, want ook ons Paaslam is geslacht: Christus zelf. Wij moeten ons feest niet vieren met het oude zuurdeeg, met het bederf van slechtheid en boosheid, maar met het zuivere brood van reinheid en waarheid.

Alleluia

Alleluia. Pascha nostrum immolatus est Christus. Alleluia.

1 Kor. 5, 7

Alleluia. Ons Paaslam is geslacht: Christus zelf. Alleluia.

Sequentie

Victimae paschali laudes immolent Christiani. – Agnus redemit oves: Christus innocens Patri reconciliavit peccatores. – Mors et vita duello confluxere mirando: dux vitae mortuus regnat vivus. – Dic nobis, Maria, quid vidisti in via? – Sepulcrum Christi viventis: et gloriam vidi resurgentis; – angelicos testes, sudarium et vestes. – Surrexit Christus spes mea: praecedet suos in Galilaeam. – Scimus Christum surrexisse a mortuis vere: tu nobis, victor Rex, miserere.

Laat ons 't Lam van Pasen loven, 't Lam Gods met offers eren. – Ja het Lam redt de schapen, Christus brengt door zijn onschuld ons arme zondaren tot de Vader. – Dood en leven, o wonder, moeten strijden tezamen. Die stierf, Hij leeft, Hij is onze Koning. – Zeg het ons Maria, wat is 't dat gij gezien hebt? – Het graf van Christus dat leeg was, de glorie van Hem die opgestaan is; – Engelen als getuigen, de zweetdoek en het doodskleed. – Mijn hoop, mijn Christus in leven. Zie Hij gaat u voor naar Galilea. – Waarlijk Christus is verrezen: stond op uit de doden. O Koning, onze Held, geef ons vrede.

Evangelie

Lectio sancti Evangelii secundum Ioannem.

Joh. 20, 1-9

Lezing uit het heilig Evangelie volgens Johannes.

Prima sabbatorum Maria Magdalene venit mane cum adhuc tenebrae essent ad monumentum, et videt lapidem sublatum a monumento. Currit ergo et venit ad Simonem Petrum et ad alium discipulum quem amabat Iesus, et dicit eis: Tulerunt Dominum de monumento, et nescimus ubi posuerunt eum. Exiit ergo Petrus et ille alius discipulus, et veniebant ad monumentum. Currebant autem duo simul, et ille alius discipulus praecurrit citius Petro et venit primus ad monumentum, et cum se inclinasset, videt posita linteamina, non tamen introivit. Venit ergo Simon Petrus sequens eum, et introivit in monumentum: et videt linteamina posita, et sudarium, quod fuerat super caput eius, non cum linteaminibus positum sed separatim involutum in unum locum. Tunc ergo introivit et alter discipulus qui venerat primus ad monumentum, et vidit et credidit: nondum enim sciebant Scripturam quia oportet eum a mortuis resurgere.

Op de eerste dag van de week kwam Maria Magdalena vroeg in de morgen – het was nog donker – bij het graf en zag dat de steen van het graf was weggerold. Zij liep snel naar Simon Petrus en naar de andere, de door Jezus beminde leerling en zei tot hen: Ze hebben de Heer uit het graf genomen en wij weten niet waar ze Hem hebben neergelegd. Daarop gingen Petrus en de andere leerling op weg naar het graf. Ze liepen samen vlug voort, maar die andere leerling snelde Petrus vooruit en kwam het eerst bij het graf aan. Vooroverbukkend zag hij de zwachtels liggen, maar hij ging niet naar binnen. Simon Petrus, die hem volgde, kwam ook bij het graf en trad wel binnen. Hij zag dat de zwachtels er lagen, maar dat de zweetdoek die zijn hoofd had bedekt, niet bij de zwachtels lag, maar ergens afzonderlijk opgerold op een andere plaats. Toen ging ook de andere leerling, die het eerst bij het graf was aangekomen, naar binnen; hij zag en geloofde, want zij hadden nog niet begrepen hetgeen er geschreven stond, dat Hij namelijk uit de doden moest opstaan.

Offertorium Ps. 75, 9.10
 Terra tremuit, et quievit, De aarde beefde en werd stil,
 dum resurgeret in iudicio toen God opstond ten oordeel,
 Deus, alleluia. alleluia.

Gebed over de gaven
 Sacrificia, Domine, pascha- Heer, vol vreugde om het paas-
 libus gaudiis exultantes of- feest dragen wij U het offer op,
 ferimus, quibus Ecclesia waardoor uw Kerk op wonder-
 tua mirabiliter renascitur et lijke wijze wordt herboren en
 nutritur. Per Christum Do- gevoed. Door Christus onze
 minum nostrum. Heer.

Prefatie I van Pasen, blz. 391.

In de Romeinse Canon (Euch. Gebed I): Communicantes **en** Hanc igitur **van**
Pasen.

Communio 1 Kor. 5, 7-8
 Pascha nostrum immolatus Christus, ons Paaslam, is ge-
 est Christus, alleluia: itaque slacht, alleluia; laten wij dan
 epulemur in azymis sinceri- feest vieren met het zuivere
 tatis et veritatis, alleluia, al- brood van reinheid en waarheid,
 leluia, alleluia. alleluia, alleluia, alleluia.

Gebed na de communie
 Perpetuo, Deus, Ecclesiam God, blijf in uw goedheid uw
 tuam pio favore tuere, ut, Kerk beschermen. Gij hebt haar
 paschalibus renovata my- vernieuwd door de sacramenten
 steriis, ad resurrectionis van Pasen; breng haar eens tot
 perveniat claritatem. Per de heerlijkheid van de verrijze-
 Christum Dominum no- nis. Door Christus onze Heer.
 strum.

Voor de plechtige slotzegen (naar keuze): zie de Paaswake, blz. 126.

Bij de wegzending:
 Ite, missa est, alleluia, alle- Gaat nu allen heen, alleluia, al-
 luia. leluia.
 Deo gratias, alleluia, alle- Wij danken God, alleluia, alle-
 luia. luia.